Praemislien quo ad respondendum spectat mediante semper iri primo citationis termino tanquam peremptorio stare iuri parere respondere damna praefatis Terrestris vere inscriptioni praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebunt et tenebuntur seq ac suos successores ad eadem omnia obligant. Eundem terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes causa eiusdem terminos semper peremptorios vero infirmitate et maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimentum ad Exercitum vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem vltra proximos terminos officii praefati Castren Praemislien dilationem sibi non recipiendo nullasq motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo Ac praemissa omnia poenis simplicibus vel tryplicatis citationibus suspensionibus fatalibus iuris praescriptione Terrestri bello conventionesq aliis omnibus iuris remediis et facti defensis non subterfugiendo. Hac vera inscriptione ad praemissa mediante.

Grochowski et Bzowski inter se Intercisam Roborant.

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Praemislien Generosi Albertus a Grochowice Grochowski ab vna et Nicolaus Bzowski ab altera partibus sani mentibus et corporibus existentes a Terris districtibus Iuribus Iurisdictionibusq suis quibusvis propriis et competentibus recedendo Praesenti vero Castrensi Capitan Praemislien Iurisdictioni quo ad actum praesentem attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognouerunt et quilibet illorum recognoscendo pro interesse recognouit Quia ipsi sibi mutuo et invicem vna pars alteri ac potestendo vtriusq partis se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis pecuniariis quibusvis habitis et habendis inscribunt et obligant Intercisam certam inter se recognoscendo ratione certarum rerum et conditionum in eadem intercisa contentarum de actu et data illius hic Praemisliae die hodierna in actis contenta confectam et conscriptam manibus recognoscentium propriis ab vtriusq subscriptam

In omnibus et singulis eiusdem intercisa conditionibus punctis clausulis articulis vadio ligamentis ac nexibus gratis universis firmiter tenere complere exequi ac inviolabiliter observare omnibusque et singulis illius contentis tam in toto quam in quavis minima parte satisfacere Intercisam praedictam ad inscriptionem praesentem Roboratoriam et inscriptionem praesentem Roboratoriam ad praefatam intercisam vicissim in toto referendo. Idque sub vadio summae Trium millium florenorum polonicorum per partem parti cum successoribus utriusque partis ob non completionem contentorum in intercisa praefata omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succubito ac re aliqua principali ex contentis intercisae praefatae non completa complendis citata existens pars una praemissa non tenens suique successores eius ad instantiam partis alterius praemissa tenentis vel eius successorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense extunc nunc supra scriptum quo ad respondendum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare iuri parere respondere vadium praefatum bene inscriptum huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat. Illum terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes eiusdem termini semper peremptorios veris infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Evictionem vetatis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo Ad quietationem ultra proximos terminos officii praefati Castrensis Premisliensis dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes et earum prosecutiones faciendo Ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis eiusmodique suspensionibus fatalibus bonis praescriptione terrestri bello conventioneque et aliisque quibusvis iuris remediis et facti defensis non subterfugiendo nec modo quovis evadendo Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Idem Eidem Debet.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosus Albertus a Drohowice Drohowski sanus mente et corpore

existens